



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De obessa, quae in insula sancti Nicolai prodidit reliquias cap. 14.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

ex fratribus, quæ sunt illa verba dicere noluit, vel potius ausa non fuit, sed ait: Afferte mihi librum, & ego vobis ostendam illa. Allatus est ei liber missalis, & clausus porrectus; quem illa aperiens, primo iectu canonē inuenit, & digitum ponēs super illum locū, Per ipsum, & cū ipso, & in ipso, in quibus memoria sit summa Trinitatis, ait: Ecce ista sunt tria illa verba, quibus ligatus est magister meus. Hoc audiētes ex monachis plures qui aderant, sciētes mulierem illiteratam esse, ædificati sunt valde, vim verborum intelligentes. Per Patrem enim, & cum Filio, & in Spiritu sancto, quorum opera indiuisa sunt, fortis ille ligatus est, & vase eius direpta.

CAPVT XLI.

IN festo omnium Sanctorum hoc anno, cūm esset cum Priore meo in insula S. Nicolai, quæ vulgo Stuba vocatur, & est monasterium sancti monialium, vidimus ibi puellam ante aduentum nostrum obsecram, sed tunc tam beneficio reliquarum, quam sororum orationibus liberatam. De qua retulit nobis eiusdem cœnobij magistra, femina religiosa quoddie quadam, cūm crudeliter ab immundo spiritu disceptaretur, volens quidam clericus honestus illum probare, saccellum spinarum Dominicæ coronæ de tabula aurea, ea nesciente, tollens, & manu clausa super caput obsecræ tenens, maximos ei clamores excitauit. Cui cūm dicerent circumstantes causam furoris eius ignorantes, quid clamas diabolè, quid habes? respōdit: Hoc quod fuit in capite altissimi, caput meum deprimit & pungit, & dicitis mihi quid clamas? Et ædificati sunt valde circumstantes, maximè sorores, duplicitis rei habentes verum experimentum, videlicet quod spinæ essent veræ, & quod femina veraciter obsecra esset à Dæmonе. Quod si minus hæc duo tibi sufficiunt exempla, recordare illorum trium dæmoniorum in capitulo primo, secundo, atque tertio distinctionis tertiaræ.

CAPVT